

**5059** L. Fadio Piero Hviro, | munificentissimo civi, | qui ob honorem decur.<sup>1</sup> | eodem anno quo factus est | glad.<sup>2</sup> paria XXX et venationem | bestiarum Africanar., et post | paucos menses duumviratu | suo, acceptis a re p. XIII [m.] n.<sup>3</sup> venation. | plenas et gladiatorum paria XXI dedit, | item post annum ludos scaenicos p. s. f.<sup>4</sup> | Augustales | l. d. d. d.

*Allifis (IX 2350 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) Decurionatus. — 2) Gladiatorum. — 3) XIII apographa pleraque. — 4) Pecunia sua fecit.*

*Ex titulo simili, qui fortasse eidem homini positus fuit, superest IX 2351.*

**5060** Titio Fabio Severo<sup>1</sup> | patrono coloniae, ob me|rita eius domi forisque | et quod primus omnium | editorum sum[ptu pr]oprio | quinque fer[as Libyc]as<sup>2</sup> | cum familia [glad.] . . . . ria|norum et adpa[ratu] mag[nifico] dederit, ordo | civesque libentissime | statuam tribuerunt.

*Telesiae in Samnio (IX 2237 vidit Mommsen). — 1) Cf. infra N. 5307. — 2) feras Libycas qui vidit saec. XVIII Mazoch., vix ex lapide (Momms.).*

**5061** Acerio Firmio Leontio primario viro et editori muneris sui cum ferarum Lib[y]carum, qui vixit ann. XXX, dignissimo filio consacraberunt.

*Salerni (X 539 semel descripta saec. XV). Versuum divisio incerta.*

**5062** P. Baebio P. f. | Ter. Iusto. Huic | splendidiss. ordo | stat. ponend. cens., omnib. | honorib. in re publ. funct., | quod et in sing.<sup>1</sup> et univers. | aequal. semp. reverentiam | praebuit, et quod munus glad.<sup>2</sup> post | honor. Hvir.<sup>3</sup> [spl]e[n]didiss.<sup>4</sup> postul. populo q.<sup>5</sup> | process. editio celebrata est, | ex indulg.<sup>6</sup> paria tria cum ursis [et]<sup>7</sup> | herban.<sup>8</sup> liventer susceperint.<sup>9</sup> Is ob | dedic. statuae dec. sing. X tern.<sup>10</sup> ded. | [L.] d. d. d. (*In latere dextro*) Hic Mint. diebus III | edidit paria XI, | ex his occid. gla. | prim. Camp.<sup>11</sup> XI, ur|sos quoque crudel. | occid. X. Quod ipsi | meminist., cives | optimi, herban. univers. in dies | sing. occidit | quaternos. (*In latere sin.*) ded. kal. Aug. Aemiliano II et | Aquilino cos.<sup>12</sup>

*Minturnis rep. a. 4787 (X 6012 semel ut videtur descripta). — 1) Singulos. — 2) Gladiatorium. — 3) Post honorem duoviratus. — 4) Edidiss. traditur. — 5) Quando (Momms.). — 6) Indulgentia, sc. principis. Cf. Momms. eph. ep. 7 p. 400 not. 5. — 7) Traditur H. — 8) Herbanis, sc. bestiis. Plerumque dicuntur herbaticeae (supra N. 399; vit. Probi 19) vel herbariae (N. 5055. 5159). — 9) Scr. susceperit. — 10) Decurionibus singulis denarios ternos. — 11) Gladiatores primarios Campaniae (victores Campaniae supra N. 4401). — 12) A. 249.*

**5063** C. Pausculano | C. f. Quir. | Maximo | aedili | quinq., praef. | iuris dic.<sup>1</sup>, quaestori | alim.<sup>2</sup>, flaminali Aug. | Hic ob honorem quin.<sup>3</sup> | spectaculum glad. triduo | dedit et noxeos quattor (*sic*); | item annuae curator. | Vix an. XXXIII dies IIII. | C. Pausculanus Rufus | filio karissimo | p. (*Quae sequuntur postea in lapide adiecta.*) Hic monumentum emtori | non cedit, sic ut liciat itum | aditum ambitum mihi posteris|que meis. In agro p. LXX, in fronte p. XII.